ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobiliss.e et Ampliss.e Dom.e

Et Consilio, et Praesidio me obstrinxisti:
qui cum videres, quod petebam, per tempore
impetrabile non esse, aliam viam servitutis
meae cavisti. Quin et beneficium comitate
epistolae exornans, moram excusas: cum
mihi potius excusanda importunitas esset.
Adeoque ego per varia negotia segnior fui
in gratiis [illegible]; quam tu in gratificando,
etiam per gravissimas occupationes. Affectum
quidem studiumque tuum in me, opportunam operam
testatum, nullam mercede prosequor, quia
supra omne pretium aestimo; remuneraturus
tamen, intento in occasionem promerendi.
Sed qui de beneficiis tuis honore et gratiam
apud me nihil decerptum volo: idem nolo
Officium tibi tuum, ut [illegible] dicunt, damnosum
esse. Itaque jube, quaeso, scribam tuum sumptum
mittendae operae, et sigilli nostri capere a tabellario
[illegible] traditore, qui de eo mandatum habet.
Amicus aestimatorque tui eximius Puteanus,
Epistolam tuam, qua de ipso erat, tam avi-
2 dius legit, ac si scripta ad ipsum fuisset:
refectusque in ~~rationes~~ correpti. Sponsa
2 [illegible] filia eius Euphemia, cum patre et
marito, jam Coloniae sospites advenere.
Vale et salve, Vir clarissime,

Debitissimus tibi of-
ficio et nexu
D. Tuldenus

Lov. 29 May 1640

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2325a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2325a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2325a

Aen mijn Heer,
Mijn heer Constantin Huygēs
Ridder, Raadt ende Secreta-
ris van sijne Hoocheyt den
Prince van Orangie etc.

tot
s'Gravenhage.

Franq

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 5
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2325a